

voluntate Dei disp. 4. art. 1. fufe exponemus. Ita simili-
tate abfoluta & efficaci, noluerit traditionem Davidis in
manus Saul, nec conversionem Tyrriorum, & fualet utram-
que voluerit volutione quadam inefficaci & conditionata,
fi nimirum David maneret in Ceila, vel fi Chriftus apud
Tyrios predicaret.

59 Quares, an decreta conditionata fint admittenda in Deo
circa omnes combinationes rerum poffibiles, quarum ali-
que interdum videntur ridicula & abfurdæ, ut fi capra
faltes, gallus canebit. Si Turca dormiat Conftantinopoli,
Papa erabit Roma.

Refpondeo negative, fufficit enim poni in Deo decreta
conditionata circa illa futura fub conditione, quæ in fcri-
ptura revelata funt, vel quæ ordini divina providentia
deferviunt, circa alia vero, præfertim fi fint omnino dif-
parata, indecens videtur ac fupèrfluum, illa in Deo ad-
mittere, fufficit enim quod Deus habeat decretum gene-
rale, quo vult non fe determinare ad illorum futuritionem,
fubindeque illa in ftatu mere poffibilitatis relinquere;
talis enim decretum generale fufficit ad tollendam fuf-
penfionem divina voluntatis circa illa futura.

DISPUTATIO VI.

De Scientia Media.

Elebris eft hac Difputatio. Scientia enim media,
magnum eft ac celebre difputandi argumentum, &
quæftio magni ponderis ac momenti, cum ex ejus decifio-
ne pendat refolutio omnium fere quæftionum & contro-
verfarum, que inter Thomiftas & Recentiores, de divi-
nis prædeterminationibus, de phyfica prædeterminatione, gra-
tia de fe efficaci, & prædeterminatione ante præfita merita,
his temporibus aguntur. Unde hac quæftio accuratè, &
diligenter pertractanda eft, & veluti ad pondus Sanctuarii
ponderanda; id eft ad normam Scripturæ, Sanctorum Pa-
trum, & rationum Theologicarum examinanda. Sed prius
quam celebrem hanc quæftionem aggrediar, Leftorem erudi-
tum & benevolent præmonitum velim, me nolle cum
Adverfariis voluntate & affectu, fed ratione tantum &
intellectu contendere, & in hac gravi ac momentofa quæ-
ftione, ab omni verborum, & aculeorum amaritudine ab-
ftinere: fupèrta enim ea eft fententia, que lucem exofa,
nudam & apertam videri refugit, feque conviciis occultat;
infirma & rationum indiga, que folis fe maledictis defendit;
illique qui folis fa conviciis & verborum aculeis con-
tequant, recte a Nazianzeno Sepis comparantur, quas
aramentum ante fe evomere ajunt, ut pifcatores effugiant,
aut confpectum fui eripiant.

ARTICULUS I.

Quid fit Scientia media, & in quo differat a Scientia conditiona-
torum, quam Thomifta in Deo agnofcunt?

Nomine Scientia media, quam Recentiores ponunt in
Deo, intelligitur cognitio certa & infallibilis futu-
rorum conditionatorum, ante decretum actuale & exerci-
tium, quo Deus prædicit, & prædeterminat illorum
futuritionem.

Ut clare percipiatur hæc defcriptio Scientia media, &
aperiatur ftatus hujus celeberrime quæftionis, que inter
Thomiftas, & Recentiores verfatur, & que olim coram
Clemente VIII. & Paulo V. in Congregatione de Auxiliis,
inter Patrem Thomam de Lemos, Sententiam Thomiftarum
propugnantem, & Patres Grægorium de Valentia, ac Fer-
dinandum de Vafida, Societatis caufam agentes, fæpius
agitata fuit, quadam necelfario præmittenda funt, ac di-
ligenter obfervanda.

1 Notandum ergo primo, in hac defcriptione Scientia me-
dia, duo præcipue importari. Primum eft, in Deo effe
cognitionem certam & infallibilem futurorum contingen-
tium conditionatorum, v. g. conversionis Tyrriorum, fi
Chriftus apud illos prædicaffet, & feciffet figna que fecit
apud Judæos, ut habetur Matthæi 11. & Lucæ 10. vel tra-
ditionis David in manus Saul, fi maniffet in Urbe Ceila,
ut refertur 1. Reg. 23. Secundum eft, talem cognitionem
effe priorem decreto, & ab illo independentem, ac funda-
tam in aliquo alio medio, vel ad illa objecta immediate ter-
minatam. De primo puncto, an fcilicet ponenda fit, vel
neganda in Deo, talium objectorum certa & infallibilis cog-
nitio, nulla aut parva eft controverfia, inter Thomiftas,
& Recentiores. Licet enim Ledefma, Zumel, & Cabrera
videantur Deo denegare certam & infallibilem horum fu-
turorum notitiam, illicque attribuere cognitionem tantum
probabilem & conjecturalem, & pro hac Scientia a Suarez,
aliquique Recentioribus citentur; ab ea tamen eos recte vin-
dicat Joannes a S. Thoma, & clare demonftrat, referendo
illorum verba, & textus expreffos, illos ab hac doctrina

penitus effe alienos, foluntque docere, quod fi Deus ta-
lia futura cognofceret in cauffis fecundis, antecedenter ad
fuum decretum, illa non cognofceret certo, & infallibiliter,
fed tantum conjecturaliter: quia feclufa decreto præ-
determinante, ac prædefiniendo illorum futuritionem, non
funt alio modo cognofcibilia, ut difp. 4. art. 2. §. 5. con-
tra Molinam & Becanum fufe oftendimus: fuppofto ta-
men hoc decreto, non negant, fed afferunt effe in Deo
certam & infallibilem horum futurorum notitiam. Totum
ergo pondus controverfiæ, quæ a fæxaginta ferme annis
inter Patres Societatis, & S. Dominici verfatur, eft circa
fecundum punctum: an fcilicet talis cognitio futurorum
conditionatorum fit prior decreto, & ab illo independens:
vel illo pofterior, & in eo fundata? Sive, an Deus cog-
nofcat actus nostros liberos, ut conditionate futuros,
v. g. conversionem Petri, fi ponatur in talibus occafionibus,
& circumftantiis, priusquam divina voluntas habeat
decretum actuale & exercitium, abfolutum ex parte fub-
jecti, & conditionatum ex parte objecti, quo definat, ac
determinet talem conversionem, fi Petrus in his vel illis
occafionibus, & circumftantiis conflituatur? quod ut
clarius percipiatur,

Notandum fecundo, Quod licet defenfores Scientia me-
dia, admittant, vel fingant in Deo, in figno rationis an-
tecedente, vel concomitante talem Scientiam, decretum
quoddam generale & indifferens, concurrenti cum cauffis
liberis, fi illa velint, vel ad quodcumque illa voluerint:
negant tamen omne decretum determinationis, & de fe ef-
ficax, quo Deus antecedenter ad prævisionem noftri
confenfus abfolute, vel conditionate determinet, quid homo
facturus fit, & quod futuritionem noftroam actuum,
prioritate naturæ & cauffalitate antecedat; tale enim de-
cretum exiftimant libertati create reargere, & ideo ex
indulgentia dixi in defcriptione Scientia media, illam effe
cognitionem certam & infallibilem futurorum conditiona-
torum ante decretum, que Deus prædefinit, & prædeter-
minat illorum futuritionem; ut per hoc indicarem, totum
pondus hujus quæftionis & controverfiæ, in eo potiffimum
verfari: an Scientia futurorum conditionatorum fit inde-
pendens a decreto prædeterminante, & prædefiniendo vo-
luntatis divina, vel in eo fundata?

Notandum tertio, Cognitionem illam futurorum condi-
tionatorum, independentem a decreto actuali & exerci-
tio, eoque anteriorem, quam Recentiores admittunt in
Deo, ab illis vocari Scientiam mediam. Vel quia (ut ipfi
dicunt) mediat inter Scientiam fimplicis intelligentiæ, &
vifionis, ac de utraque participat; eft enim neceffaria ex
parte fubjecti, fcilicet Dei, utpote antecedens omni actu-
ale decretum liberum de futuritione rei, ficut in nobis pri-
mæ cogitationes funt neceffaria, quæ antecedunt omnem
electionem noftroam voluntatis; & effe libera ex parte objecti,
quia terminatur ad objecta libera, ad futura fcilicet contin-
gentia conditionata, que per illam cognofcuntur. Vel fe-
cundo hac Scientia vocatur media, quia per illam Deus
attingit futura conditionata, que veluti medium tenent
locum inter mere poffibilia, que cognofcuntur per Scien-
tiam fimplicis intelligentiæ, & abfolute futura, que attinguntur
per Scientiam vifionis. Vel denique (ut alii volunt)
talis Scientia dicitur media, quia eft medium (inquirunt)
divinitus inventum, ad evitandas hærefes Pelagii & Ma-
filienfium, ac Lutheri & Calvinitarum, & ad conciliandam
libertatem humanam cum divinis decretis, quatenus
illa ponit electionem, & determinationem humanæ volun-
tatis, prius a Deo prævifam, faltem fub conditione, quam
aliquid definat, vel determinet circa ejus actus liberos
abfolute futuros.

Notandum quarto, quod licet omnes fere Patres Socie-
tatis (paucis exceptis, quos infra referemus) agnofcant
in Deo Scientiam illam mediam, non tamen omnes eodem
modo illam explicant & admittunt. Differant enim, in
primis in afignando medio in quo illa fundetur: ut enim
fupra vidimus, Molina & Becanus volunt Deum cogno-
fcere futura contingentia & libera antecedenter ad fuum
decretum, in cauffis fecundis, & in quadam eminentiffima
cognitione liberi arbitrii, quam fuper comprehensione vo-
cant. Suarez & Fonseca, in decreto ut futuro in fequenti
figno rationis. Theophilus Raynaldus in voluntate huma-
na, nude & folitarie fumpta, & falte divino concenfu con-
fiderata. Alii demum, omnia illa media rejiciunt, & vo-
lunt Deum certo cognofcere futura contingentia, tam ab-
foluta, quam conditionata, in veritate objectiva, quam
habere dicunt antecedenter ad decretum, & independentem
ab illo. Secundo differant in eo quod aliqui admittunt
hanc Scientiam, ut membrum ab aliis omnino diffin-
ctum; alii illam reducant ad Scientiam fimplicis intelli-
gentiæ, alii vero exiftimant, ad Scientiam vifionis com-
modius revocari poffe. Tertio differunt in eo quod ali-
qui profitentur, hanc Scientiam effe novam, & antiquis
Theologis profus in cognitam; alii vero dicunt eam effe
perantiquam, & a temporibus Auguftini, ufque ad hæc
noftro tempora perenniter fluxiffè. De quo fufe articulo
fequenti.

Ex his

5 Ex his facile intelligitur, quid fit Scientia media, &
in quo conveniat, & differat a Scientia conditionatorum,
quam Thomifta in Deo agnofcant. Conveniunt enim in
hoc, quod utraque eft certa, & infallibilis, & neutra
conjecturalis folum & probabilis; fed differant in eo quod
prima eft independentes a decreto actuali, & exercitio, eo-
que anterior: fecunda vero, illo pofterior, & in eo fun-
data. Prima naturalis, & neceffaria ex parte fubjecti, &
libera folum ex parte objecti, ut antea expofuimus. Secun-
da vero eft libera, non folum ex parte objecti, fed
etiam ex parte fubjecti, utpote fupponens decretum, &
liberum determinationem voluntatis divine. Denique Scien-
tia media eft fpeculativa, cum non faciat, fed fupponat
fuum objectum (liberum fcilicet confenfum voluntatis hu-
manæ, fub conditione prævifum) & ab eo meafuretur,
& dependeat, quantum ad veritatem & certitudinem.
Scientia vero conditionatorum, quam nos admittimus, eft
eminenter fpeculativa & præctica, nec meafuratur a fuo
objecto, quantum ad veritatem & certitudinem, fed po-
tius eft ejus regula & meafura.

ARTICULUS II.

Utrum Scientia media fit nova, & a Recentioribus inventa;
vel antiqua, & olim a Pelagianis, & Semi-
pelagianis afferata?

6 Scientiam mediam effe novam, & antiquis Theologis
profus incognitam, plures ex ejus defenforibus afferunt.
Molina enim in Concordia ad quæft. 23. art. 4. & 5.
hæc feribit: Quia hæc noftro vario conciliandis libertatis ar-
bitrii cum divina prædeterminatione, a nemine quem vidimus,
fuit hucusque tradita; ideo paulo fufius exponenda. Ad-
dit: Si ab Auguftino ex data, & explanata fuiffet, Pelagianus hæ-
refis immixtum fuiffet excoera, neque ex Auguftini opinione,
converfationibusque ejus cum Pelagianis, non fideles fuiffent
turbati; nec ad Pelagianos defertiffent. Similia habet Fon-
feca quæft. 6. Metaph. fecl. 8. ubi in Domino gloriatur, fe
primum in Deo quamdam de actibus liberis fub conditione
futuris excogitaffe Scientiam, quam dicit effe mediam
inter Scientiam Dei naturalem & liberam. Annot. Vafquez,
Molina, & Fonseca, ait enim t. p. difp. 67. cap. 7. Quis
miratur Scholasticos Theologos, fi præter Scientiam fimplicis in-
telligentiæ & vifionis, non aliam ponamus ejus ipfi mentem
non fecerunt? Et Granada tract. 5. difp. 3. fecl. 2. al-
iens: Quis mirum est, fe temporum decurfu aliquid novi a
recentioribus Theologis excogitatum fit? Denique Valentini
Henrici 1. p. difp. 7. cap. 10. fecl. ait: Quis nefcius hæc
Scientiam mediam latiffè Scholasticos, & a noftro Patribus,
& recentioribus in quibus habebat ortum, diligenti Patrum affe-
ctibusque leditum? Suarez vero illis cautiore & prædentior,
effere non audeat hæc Scientiam effe novam, & a Pa-
tribus Societatis inventam, ne fclio novitatis titulo con-
teturatur; fed contra contendit illam effe antiquiffimam,
a temporibus D. Auguftini ufque ad hæc noftro tempora
perenniter fluxiffè, immo & a vifceribus Auguftini, in
quibus latebat, erutum fuiffe.

Porro talem Scientiam olim Pelagianis & Semipelagianis
valde fuiffe familiarem eoque ad illius ufum, quæ ad por-
tum confugiffe, ut falva libertate noftroa, Dei certam præ-
determinationem & vocationem facerent, adeo manifefum eft,
ut vix egeat probatione: communia enim erant hæc duo
apud illos principia, prædefinare idem effe quod præfcre,
& quemlibet prædefinari ex prævifo aliquo ftatus initio
a feipfo, etiam fubgratia petito, non confequitur neceffari-
us ufus Scientia media; ut exprefse docet Pelagius
commentariis in cap. 8. & 9. ad Romanos. Unde D. Au-
guftinus Epift. 105. ad Sixtum: Miram eft cum his con-
tendatur Auguftini, in quæfta fe abrupta præcipiente, meruerit
verba veritatis: ideo, inquit, nondum narorum alium
edebat, fcilicet Efaum, & Jacob diligebat, quia futura eorum
opera prævidebat, & ex iflorum operibus, Deum habere aut
olium, aut mifericordiam. Idem habet Julianus lib. 1. opus
perfecl. folio 134. dicens: Non in feminibus, fed in
moribus effe diftantiam, fequidem Jacob & Efaum una feminis
exceptione conceperat, & una vi parentis effufi, alteros nimium
exius pro averfione meritiorum pertulerunt. Quam vero
veram illa merita parvulorum, ex quorum præficientia
amor Dei aut odium nafceretur, mirum eft ut ea expli-
cant. In que deliramenta Ipsi Ipsi. Quidam dicebant
Ipsam luctam gaminorum, aut vitio, alteri merito effe
verfam, quod impugnat D. Auguftinus Epift. 106. Alii vo-
lebant parvulos quorum unus poft baptifmum, alter ante
baptifmum obierit, prævifos fi viverent aliqua bona vel
mala opera electuros, quorum cauffa unus alteri am-
poneret. Unde Auguftinus Epift. 105. ad Sixtum, ver-
fus finem, fe inducit eo fequentes: Deus in eis quæ
tunc aufer prævidit, quemadmodum videtur effe, fi videtur
& ideo quæ non videtur noftro effe videtur, ficut baptif-
mus factus & mori, fe in eo prævidens opera mala, non quæ fe-
cit, fed quæ facturus fuit. Idem 106. ad Sixtum.

8 Idem deliramentum Semipelagianis exprefus docuerunt,

ut aperte colligitur ex epiftola Proferpi ad Auguftinum,
ubi refert quod cum illi a Catholicis preueniret contra
id quod afferbant, Deum non dare dona fua gratis, nifi
fupponendo initium aliquod, bone voluntatis, exemplo
parvulorum, qui cum omnes fint peccato originali atri-
cti, nec in illis poffit effe ullum initium bone voluntatis;
quidam tamen baptifmum recipiant, alii vero fine illo
decidunt; refpondebant (ut refert idem Profer) Tales
perdi, talifque falvari, quales facturus illos in omni majori-
bus, fi ad adultam fervarentur aetatem, Scientia divina præ-
videri. Similiter cum urgeretur exemplo adultorum:
quod enim quibusdam infidelibus prædicetur fides, il-
lis vero non annuncietur Evangelium; vel quod tali tem-
pore venerit Chriftus, & non alio, non poffet reduci ad
voluntatis meritum, cum omnes fint, vel effent fclii pec-
cato infidelitatis conclufi, ac proinde indigni ut ad eos
Chriftus veniret, vel eis fides annunciareretur? Refponde-
bant (inquit idem Profer) difpenfaffe Deum tempora &
minifteria prædicationis, juxta quod providebat aliquis credi-
turos, & exorturos effe bonarum credulitatem voluntatum.
Vel ut loquitur D. Hilarius Arelatenfis Epifcopus, in epif-
tola ad eundem Auguftinum: Cum autem dicitur eis,
quæz alii, vel alii prædicetur vel non prædicetur Evan-
gelium, dicitur id effe præficientia divina, ut eo tempore, &
ibi, & illi veritas annunciareretur, quando & ubi præfice-
batur effe credenda. Unde Auguftinus in libro de prædelli-
natione Sanctorum, prædictis Proferpi & Hilarii literis
refpondens, hoc Semipelagianorum commentum, ad merita
parvulorum conditionate futura, fi ad adultam perven-
ierent aetatem, recurrentium, fatiè demirari non poffet,
nam cap. 13. hujus libri fic ait: Judicari autem quemquam,
non fecundum merita, que habuit quædam fuit in corpore,
fed fecundum merita, que fuerat habiturus, fi diutius fuiffet
in corpore, unde opinari poterunt homines, quorum ingenia
non effe concepitilla noftro inducunt litera, & mirari
& ftupere reperire non poffum, non credere audeam, nifi vobis
non credere non audeam.

Ex his patet, præficientiam illam futurorum conditiona-
torum, antecedenter decretum, non effe novam, nec a
Molina vel Fonseca excogitatum, ut illi immerito glorian-
tur, fed a Pelagianis & Semipelagianis inventam, ut fuos
tuorunt errores, præcipue vero illum quod afferbant
Deum homines ad gratiam & gloriam eligere ex prævifio-
ne meritorum. Quare Profer initio prædictæ epiftolæ,
Semipelagianorum doctrinam referens: Hæc (inquit) ife-
ritia dicitur ac præficio effe, enim quidam hominem in Adam
peccaffe, & non tunc per opera fua, fed per Dei gratiam re-
generatione falvari. Qui autem creditur fuit, quæz in eo
fide, que deinceps per Dei gratiam fit gratuita, manfura fuit,
præficio ante moxii confititiamus Deum, & ex præficientia
fe in regnum fuum, quo gratis vocatur, dignos futura electio-
ne, & de hac verba bona fua exceffarios effe præficientia. Et rur-
fus in fine ejuſdem epiftolæ: Bene enim hæc invenitur &
una fententia, qua præficientiam & prædeterminationem Dei fecun-
dum præficientiam receperunt, ne ob hoc Deus alios vafa ho-
noris, alios vafa indignitatis fecerit, quia finem uniuersalique præ-
viderit, & fub ipfo gratis adjutorio, in quo futurus effe
voluntate & actione præficientia. Quibus verbis aperte decla-
rat Semipelagianos unanimiter docuille, divinam prædelli-
nationem ejus præficientia effe innoxiam, & Deum neminem
prædefinare, nifi fuppofta præficientia, qua prævidet,
quid faciet voluntas creata, fub ipfo gratis adjutorio con-
fuitura, & ad quid divinum auxilium & concurfum de-
terminabit, quod certe effe ipfiffima Scientia media. Unde
idem Profer in eadem epiftola petit ad Auguftinum circa
hanc difficultatem edoceri, & ab illo querit: Utrum præ-
ficientia Dei ita fecundum præficientiam maneat, ut ea ipfa que
funt præficientia, fine accipienda præficientia? Et rurfus illam in-
terrogat, An per præficientiam poffit hæc præficientia? An
vero præficientia quodam ordine fit fubnixæ præficientia Dei? Id
eft, an præficientia futurorum antecedat divinam voluntatis
decretum, & fit ab illo independentes? An vero ipfum fup-
ponat, eique imitari, ac in eo fundetur?

Denique hanc futurorum conditionatorum præficientiam,
a decreto independentem, eoque anteriorem, quam Re-
centiores vocant Scientiam mediam, apud Semipelagianos
fuiffe familiarem, conflat ex Paulo Regentii, eorum dæ-
ce & Antefignano: Ille enim libro 2. de gratia & libero
arbitrio cap. 2. docet magis de origine voluntatis humane
Dei præficientiam derivari, quam opera & voluntates ho-
minum de nuda & impulſu providentiæ caeleſtis incipere,
& ait: De præficientia Dei male intelligunt aſtruentes quod
inde humanarum actuum cauffa nafcatur. Et c. 3. poſt qua-
dam verba, in quibus docet præficientiam futuri conſen-
fus prædeterminationem præcedere, concludit: Et fe, nisi
præficientia exploraverat, prædeterminationem decerneret. Quod
etiam reperit cap. 6. & 7. ejuſdem libri.

Refpondant aliqui ex Adverfariis, Semipelagianos, quo-
rum fit mentio in Epiftolis Proferpi & Hilarii, locutos effe
de præficientia abfoluta, non conditionata futurorum,
fubindeque eos, locis citatis, non agnoviffe Scientiam me-
diam, cum illa non fit futurorum abfolutorum, fed condi-
tiona-

ditionatorum tantum praesentia, independens a decreto, eoque anterior.

12 Sed contra, Semipelagiani loci citatis dicebant, Deum habere praesentiam bonorum vel malorum operum, quae in adulta aetate paraturae erant parvuli illi, qui ante eandem aetatem praematura morte rapiuntur: Sed evidens est, illorum operum praesentiam non esse absolutam, sed tantum conditionatam, cum implicet contradictionem merito vel demerita esse absolute futura, aetate adulta, ad quam illi parvuli supponuntur nunquam pervertuntur; alioquin quod nunquam erit, nec in rerum natura ponetur, poster fieri iniallibilitate et absolute futurum; quod absurdissimum est, & a communi sensu penitus alienum: Ergo Semipelagiani loci citatis admittebant in Deo praesentiam futurorum conditionatorum, independenter a decreto, quae est ipsa scientia media. Idque fatent tandem cogitur E. Annatus disp. 4. num. 24. ubi ait: Manifestissimum est, quod absolute futurum non poterat, consentit Suarez Tract. de praed. cap. 5. num. 5. ubi etiam fatetur, Semipelagianos tribuisti Deo illam scientiam conditionatam de futuris actibus liberis, ante omne decretum Dei, verba ejus haec sunt: Necessit est quod illa praesentia Semipelagianorum conditionata tantum fuerit, quia in illo signo non dicitur Deus decreverat, ut saltem hominibus predicaretur Evangelium; Ergo nec per absolutam scientiam providere poterat: bonum usum sui effectum talis praedicationis, ut jam praesentem in aeternitate, quia haec praesentia supponit illud decretum: Ergo solum esse poterit praesentia conditionata, quae Deus praesentit, si talibus hominibus dederit praedicationem, bono affectu illam recipientes. Quibus verbis, non solum ingenue fatetur, sed etiam efficitur probat, Semipelagianos admisisse in Deo scientiam mediam; contendit tamen, eos in hoc non errasse, sed solum in eo quod male illa usi fuerint: & Augustinum illam non reprobasse quantum ad substantiam, sed solum quantum ad abusum, & modum illum erroneum quod ponebatur a Manichaeis: quatenus scilicet per illam dicebant exhiberi Deo idonea motiva praedestinationis, & vocationis ad gratiam, quod examinandum & discutendum art. 4. hic solum praetendimus, & asserimus, scientiam mediam non esse novam, nec a Recentioribus excogitatum, immo etiam Molinam & Fontecam de ejus inventione gloriam, sed antiquissimam, & perveantiam, olimque Semipelagianis familiarem, & ex insano Faulti ingenio, ut alteram Miservam, ex Jovis cerebro progenitam; cum haec fit perpetua hujus Haereticorum vox: Nisi praesentia exploraverit, praedictio nihil decernit.

ARTICULUS III.

Qua fuerint Pelagianorum & Semipelagianorum motiva praecipua, ad fingendam in Deo talem praesentiam, ac evadendam decretum de se efficaci, & humanae praeventio voluntatis.

13 Ict varia ad hoc fuerint illorum Haereticorum motiva, quae tunc expendimus in Tractatu de voluntate Dei dist. 5. art. 4. §. 2. illa tamen ad tria praecipua revocari possunt, quae tangit D. Prosper in carmine de ingratia, veritas mediam, ubi incipientes respondere argumentis Semipelagianorum, eorumque querelas propulare, habet hoc versus:

Hic unquam infans proferit corde querelam, Omne apud arbitrii sublatum vociferantes, Curvare currunt, si non & velle voluntum est. Nec vitia possum debere, aut premia laudi. Si vel naturam obstruam, mala velle necesse est, Vel nostro adscribit nequeunt bene gestu labori. Numquid non eadem sapient, eandemque perorant, Vestri illi quorum ratiocinatio verba magistri?

13 Prima igitur ac praecipua Pelagianorum & Semipelagianorum querela, erat de laesione libertatis, quam existimabant tolli, si divinum decretum humanas praeventiret voluntates, ut colligitur ex D. Prospero in epistola ad Augustinum, ubi reterens doctrinam & placita Manichaeorum, sic ait: Removeri itaque omnem industriam, tollique virtutes dicunt si Dei consensio (hoc est decretum) humanae praeventio voluntates: & sub hoc praedestinationis nomine, facient necessitatem induci, &c. Ex quibus verbis aperte conat, illos existimasse, quod si divinum decretum humanas praeventiret voluntates, libertas arbitrii nostri tolleretur, ac proinde quod illa aliter salvari & conciliari non poterat, quam admitendo praesentiam futurorum a decreto independenter, eoque anteriorem, quae est scientia media.

14 Nec valet si dicas cum P. Annato disp. 4. n. 24. quod Manichaei pernegant, non pro quantumque libertatem hominum, sed pro illa qua sibi sibi ipsi independenter a Dei auxilio ad dandum causam divinae constitutionis decreverunt gratiam, & gloriam post suam vitam, nec non gratiam praedestinationis Evangelii. Non valet, inquam: Tum quia ostendimus in Tractatu de Haeresi Pelagiana, Pelagianos omnia possibi-

litatis auxilia admisisse, uno excepto volitionis & operationis auxilio, quo calumniabantur removeri omnem industriam, tollique virtutes, & fatalem induci necessitatem: Tum etiam, quia D. Prosper, Manichaeos ad hujusmodi calumnias scribit vindicare. Quia enim expressit, quam quod de illis scribit D. Augustinus, sub finem Epistolae saepius citatae: Vene omnium per inventionem & una sententia, qua propositum & praedestinationem Dei, & futurum praesentiam receperunt, ut ab hoc Deus alios vasa honoris, alios consummelia fecerit, quia sicut manifestissime praevidebat, & sub ipso gratiae adiutorio, in qua futurum esset voluntate & actione praesentis. Ergo falsissimum est quod P. Annatus imponit Semipelagianis, ipsos aliter, non quantumque libertatem hominum, sed qua sufficeret independenter a Dei auxilio, ad dandum causam divinae constitutionis, decreverunt gloriam post suam vitam exitum: cum D. Prosper expresse dicat, sub ipso Dei adiutorio, una & pari sententia praesentis deesse occasionem praesentis & praedestinationi Dei.

15 Nec verius est, iuxta illos, decretam hominibus gratiam praedicationis, ex libertate qua ad id sufficeret independenter a Dei auxilio, cum idem Prosper innotuit ejusdem Epistolae, eorum sententiam reterens, dicat: Qui autem credituri sunt, quive in eis fide quae deinceps per Dei gratiam sit juranda, mansuri sunt, praesentis ante mundi constitutionem Deum, & eos praedestinasse in Regnum suum, quos GRATIS VOCATOS, dignos futura electione, de hac vita bono sine excessibus esse praevidebat. Si gratis vocati sunt ex D. Prospero, quo animo, quae fiducia, & qua specie veri asseritur, illis decretam esse praedicationem qua vocantur, a libertate qua sibi sufficeret independenter a Dei auxilio?

16 Secundo Pelagianorum & Semipelagianorum motivum, ex intillitate increpationis & correctionis fumebat: dicebant enim, quod si ad bene operandum necessaria esset gratia efficaci, dans velle & operari, ex decreto Dei efficaci, & nostras voluntates praeventione, defendens: frustra fierent increpationes & correctiones, & inique unus argueretur & increparetur exemplo alterius, ut colligitur ex Augustino toto libro de correptione & gratia, quem (ut ipsemet ait lib. a. retract. cap. 66.) scripsit, ut illi hujus querimoniam responderet, quia nunciatum illi erat, dixisse quemdam neminem corripendum, si Dei praesentia non facit, sed pro illo ut faciat tantummodo erantibus. Unde eoque anterior, quam illi docebant, & qua utebantur, tum ad defendendum errorem illum, quo assererebatur gratiam semper dari a Deo, innotuit boni operis absolute, vel sub conditione praesentis: tum etiam ad conciliandum cum praedestinatione & decretis divinis, humanam libertatem, quam assererebatur tolli, si divinae voluntati, seu decreto, humanae praeventio voluntates, ut constat ex articulo praecedenti. Accepit, inquam, illis Epistolae, duos scripsit libros: unum de praedestinatione Sanctorum, & alterum de bono praeventio, quos ad Prosperum & Hilarium direxit; & in quibus suam mentem & doctrinam, circa ea quae ab ipsis fuerant sibi proposita, clare expressit. Quare ex his libris, tamquam ex pulcherrimis fontibus, vera & germana Augustini, ac proinde totius Ecclesiae doctrina, quae propolitam quaestionem, haurienda est. Ut declarant verba Hormisdæ Papae ad Possessorium Episcopum, in fine Epistolae, ubi inquit, Quod ea qua fecit Romana Ecclesia de gratia & libera arbitrio, ex libris S. Augustini, maxime ad Hilarium & Prosperum, cognoscitur posse.

17 Sciendum est praeterea, quod Hilarius in praedicta Epistola ad Augustinum, illum monet, eique significat, quod Semipelagianis probare contendebant, praesentiam illam futurorum conditionatorum, a divino decreto independenter, eoque anteriorem, non solum auctoritate Patrum Graecorum, qui Augustinum praecesserant, sed etiam testimonio ipsius Augustini, qui dixerat in libro de sex quaestionibus Paganorum (hic est Epist. 45. tom. 2.) quod Tunc voluit Christus hominibus apparere, & apud eos praedicari suam doctrinam, quando, & ubi sciebat, qui in eum fuerant credituri; & quod prioribus saeculis, tam plenum in fidelibus obtem noverat, ut eis apparere, vel predicare merito nollet, quos nec verbi, nec miraculis suis credituros esse praesentis. Verba Hilarii Augustinum alloquentis sunt: Et hoc non solum aliorum Carthaginiensium testimonio, sed etiam Sanctitati tuae testimonio, dispositione aequivoce se probare testantur, ne est illud quod dixit Sanctitas tua, in quaestione contra Periphrasim, de tempore Christianae religionis; tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos praedicari suam doctrinam, quando sciebat, & ubi sciebat, qui in eum fuerant credituri.

18 Tertium argumentum quo utebantur ad rejiciendam decretum de se efficaci, & humanae praeventio voluntates, tertiumque illorum motivum, ad fingendam in Deo praesentiam futurorum, a tali decreto independenter, eoque anteriorem, erat quia ex tali decreto dicebant sequi quod Deus esset auctor & causa peccati: ut patet ex S. Prospero ad capitula objectionum Vincentianarum, sic enim dicunt objectione 5. Quod peccatorum nostrorum auctor sit Deus, eo quod mediam voluntatem faciat hominum. Idem repetunt sub aliis terminis objectione 10. Et in veribus supra relatis, quibus S. Prosper Semipelagianorum querimonias & objectiones exponit, eadem querela profertur, hoc

hoc versu: Si vel naturam obstruam, mala velle necesse est. Eodem argumento utebantur Pelagius & Julianus, ad probandum non dari peccatum originale, consequens ad generationem humanam, quia cum Deus fit causa talis generationis, esset etiam causa peccati. Cui argumento respondet S. Augustinus libro tertio contra eundem Julianum capite nono.

ARTICULUS IV.

An scientia media doctrina Sancti Augustini D. Thomae requiratur?

19 Ict auctoritas D. Augustini & S. Thomae, in omnibus sit venerabilis in Ecclesia, in his tamen quae spectant ad materiam de gratia, & praedestinatione, aliisque ad haec pertinentibus (qualis est praesentis difficultas) tanti pondus est, & momenti, ut Hormisdæ Papa in Epistola ad Possessorium Episcopum, & Joannes secundus in Epistola ad Avienum Senatorem, remittant Catholicos ad libros Augustini, ut ibi videre possint, quid in hac materia, Romana assereret Ecclesia. Et in celebri illa disputatione coram Clemente VIII. & Paulo V. circa hanc quaestionem habita, ad doctrinam S. Augustini & D. Thomae, tanquam ad Lydiam lapidem, utriusque opinionis examen relatum est. Proinde utriusque Sancti Doctoris mentem & doctrinam, supra omnem aliam humanam rationem, diligenter hic oportet inquirere.

§. I.

Demonstratur scientiam mediam fuisse ab Augustino reprobaram; non solum quantum ad abusum, sed etiam quantum ad substantiam.

20 UT mens & doctrina Augustini circa praesentem quaestionem facillime possit innotescere, tria breviter hic praenuntianda sunt. In primis sciendum est, quod Augustinus, lectis Epistolis Hilarii & Prosperi, quibus errores Semipelagianorum reterebant, & exprimebant praesentiam illam futurorum conditionatorum, independens a decreto, eoque anterior, quam illi docebant, & qua utebantur, tum ad defendendum errorem illum, quo assererebatur gratiam semper dari a Deo, innotuit boni operis absolute, vel sub conditione praesentis: tum etiam ad conciliandum cum praedestinatione & decretis divinis, humanam libertatem, quam assererebatur tolli, si divinae voluntati, seu decreto, humanae praeventio voluntates, ut constat ex articulo praecedenti. Accepit, inquam, illis Epistolae, duos scripsit libros: unum de praedestinatione Sanctorum, & alterum de bono praeventio, quos ad Prosperum & Hilarium direxit; & in quibus suam mentem & doctrinam, circa ea quae ab ipsis fuerant sibi proposita, clare expressit. Quare ex his libris, tamquam ex pulcherrimis fontibus, vera & germana Augustini, ac proinde totius Ecclesiae doctrina, quae propolitam quaestionem, haurienda est. Ut declarant verba Hormisdæ Papae ad Possessorium Episcopum, in fine Epistolae, ubi inquit, Quod ea qua fecit Romana Ecclesia de gratia & libera arbitrio, ex libris S. Augustini, maxime ad Hilarium & Prosperum, cognoscitur posse.

21 Sciendum est praeterea, quod Hilarius in praedicta Epistola ad Augustinum, illum monet, eique significat, quod Semipelagianis probare contendebant, praesentiam illam futurorum conditionatorum, a divino decreto independenter, eoque anteriorem, non solum auctoritate Patrum Graecorum, qui Augustinum praecesserant, sed etiam testimonio ipsius Augustini, qui dixerat in libro de sex quaestionibus Paganorum (hic est Epist. 45. tom. 2.) quod Tunc voluit Christus hominibus apparere, & apud eos praedicari suam doctrinam, quando, & ubi sciebat, qui in eum fuerant credituri; & quod prioribus saeculis, tam plenum in fidelibus obtem noverat, ut eis apparere, vel predicare merito nollet, quos nec verbi, nec miraculis suis credituros esse praesentis. Verba Hilarii Augustinum alloquentis sunt: Et hoc non solum aliorum Carthaginiensium testimonio, sed etiam Sanctitati tuae testimonio, dispositione aequivoce se probare testantur, ne est illud quod dixit Sanctitas tua, in quaestione contra Periphrasim, de tempore Christianae religionis; tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos praedicari suam doctrinam, quando sciebat, & ubi sciebat, qui in eum fuerant credituri.

22 Sciendum est tertio, nomen praedestinationis usurpari a SS. Patribus, non solum in ea stricta significatione, qua communiter accipitur a Theologis, pro transiitione scilicet creaturae intellectualis ad aeternam beatitudinem: sed etiam in sensu magis amplo, & in significatione latiori, pro ordinatione scilicet aeternae conjunctionis, decreto praedestinatione, ac praedestinatione futuritatem rerum; in quo sensu aliquid esse a Deo praedestinatum, idem significat ac esse ab illo praedestinatum: Sic nomen praedestinationis accepere Dionysius de divinis nomin. cap. 5. Damascenus

oratione 1. de imaginibus, Ideston libro 5. sent. cap. 18. & Augustinus Tractatu 105. in Joann. ubi ait: Deus omnia futura praedestinavit; & Tractatu 68. Deus facti futura, ea praedestinavit. Et eorum causam praeparando. Ubi manifeste accipit praedestinationis nomen, pro decreto quo Deus praedestinat, eam ordinis naturalis. In eodem sensu illud usurpavit Auctor libri de praedestinatione Dei, qui habetur inter opera Augustini, post librum de bono praeventio, & a Lovaniensibus in appendicem rejectus est. Dixit enim: Deus praedestinavit, ut calum semper videretur, terra immobilis, circumvolventis cala, loco cerni haberetur, sol & luna nulli dieique praesentis &c. His praemissis,

23 Dico primo: Scientiam mediam doctrinae D. Augustini apertissime repugnare, & ab illo pluribus in locis fuisse reprobam, non solum quantum ad abusum, sed etiam quantum ad substantiam.

24 Probatur primo conclusio ex cap. 10. libri de praedest. Sanctorum, ubi ait: Praedestinatione quippe Deus ea praesentis, qua fuerat ipse facturus. Et infra: Quando promissio Abrahami fides Gentium, non de nostra voluntate postulare, sed de sua praedestinatione promissio: promissio enim quod ipse facturus erat, non quod homines &c. Ex quibus verbis duplex sumo argumentum, ad probandum D. Augustinum reprobasse scientiam mediam. Primum est: Quod Deus est facturus, in sua praedestinatione praenotat. At Deus omnes actiones nostras, etiam liberas, facturus est, iuxta illud Isaia: Omnia opera nostra operatus es in nobis Dominus: Ergo eas cognoscit in sua praedestinatione, id est decreto & praedestinatione suae voluntatis, non vero antecedenter ad libit per scientiam mediam.

25 Secundum sic potest proponi: Quod Deus promittit, de sua praedestinatione, non de nostra voluntate potestate promittit: At Deus multoties nostras actiones liberas promittit, ut quando promittit Abrahami fidem & conversionem Gentium, unde apud Ezechielam ait: Faciam ut in praecipis meis ambulatis &c. Ergo illas promittit de sua praedestinatione, & easdem in sua praedestinatione seu praedestinatione cognoscit.

26 Probatur secundo conclusio ex alio Augustini testimonio, desumpto ex cap. 9. ejusdem libri de praedestinatione Sanctorum, ubi incipientes respondere Semipelagianis, qui ex ejus testimonio, sumpto ex libro de sex quaestionibus Paganorum, probare volebant praesentiam illam futurorum conditionatorum a decreto independenter: respondet quod quando dixit in praedicta libro, Tunc voluisse hominibus apparere Christum, quando sciebat qui in eum fuerant credituri, hoc intellexit sine praedestinatione latentes consilii Dei; id est non existendos divinum decretum, licet illud ibidem non expresserit. Verba Augustini sunt: Illud autem quod in Opusculo meo quodam contra Periphrasim de tempore Christianae religionis me dixisse receditis, ita dixi, ut bene diligenter, & operosum disputationem de gratia praeriterem &c. Et postquam de verbo ad verbum recitavit id quod in illo Opusculo assererat, addit: Certe non, me sine praedestinatione latentes consilii Dei, aliarumque causarum, hoc de praesentia Christi voluisse dicere, quod convincenda Paganorum infidelitatem, qui haec obijerant quaestioem, sufficere videretur? Quid enim est veritas, quam praesentis Christum, qui, & quando & quibus locis in eum fuerant credituri: sed verum praedictum sibi Christo, a seipso habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi? Id est utrum tantummodo eo praesentis, an etiam praedestinatione Deus credituros: quereere ac differere tunc necessarium non putavi. Primum quod dixi, tunc voluisse apparere Christum, & apud eos praedicari suam doctrinam, quando sciebat, & ubi sciebat, qui in eum fuerant credituri, possunt etiam dici: tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos praedicari doctrinam suam, quando sciebat, & ubi sciebat, quae electi fuerant in ipso ante mundi constitutionem. Haec Augustinus. Ex quibus verbis duplex etiam argumentum desumo.

27 Primum est: Idem est apud Augustinum Deum praesentis fidem hominum, ac homines illum habituros esse a se, & idem est habere Deo donante fidem, ac Deum eorum fidem praedestinasse. Patet hoc manifeste, nam Augustinus unum per aliud expofuit, & ut terminos equivalentes accepit, ut patet ex illis verbis: sed verum praedictum sibi Christo, a seipso habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi: id est utrum tantummodo eo praesentis, an etiam praedestinatione Deus credituros? Ubi explicat, & pro equivalente accepit, Deum tantum praesentis hominum fidem, sub conditione praedestinationis Christi, & eos illam a se habituros: & pro eodem accepit, homines Deo donante fidem esse sumpturos, ac Deum illorum fidem praedestinasse. At homines, nec in statu absoluto, nec in conditionato, fidem a seipsis sunt habituri, sed in utroque statu, Deo donante, fidem sumpturi: Ergo in utroque statu, non solum praesentis, sed etiam praedestinitur hominum fides; & consequenter in utroque statu, media praedestinatione, id est decreto efficaci, cognoscitur. Et sic evanescit scientia media, quae est cognitio futurorum conditionatorum, independens a decreto, & praedestinatione divinae voluntatis.

25. Secundum argumentum est: Futurum de quo hic loquitur Augustinus, est conditionatum; & de eodem affirmat, illud esse predestinatum, & ideo predestinatum a Deo: Ergo ex ejus mente futura conditionata a Deo sunt predestinata, & ideo predestinata, Consequenter patet, Antecedens probatur dupliciter. Primo quia de eodem futuro respondet Augustinus de quo interrogat Hilarius: At Hilarius interrogat de futuro conditionato, scilicet de eo quod in sexta questione contra Periphryum Augustinus docuerat, scilicet *Christum tunc voluisse hominibus apparere, quando sciebat, & ubi sciebat esse, qui in eum essent credituri*: Ex quibus verbis Massiliensis suam doctrinam confirmabant, & male inferebant, ex fide predestinatum in Ratu conditionato, Deum ad predestinandum moveri, & ex demeritis sub conditione predestinatis, ad puniendum. Ergo responsio Augustini de eodem futuro debet intelligi. Secundo probatur idem Antecedens. Augustinus hic loquitur de eodem futuro, de quo in questione sexta Paganorum fuerat locutus; de quo negari non potest, cum locum ipsam illius libri ibi explicet, & evolvat: At ibi sermo erat de fide hominum sub conditione predicationis Christi; cum unum ex precipuis testimoniis, unde ex Augustino colligitur Adversarii, certam conditionatorum notitiam in Deo, ex predicto loco desumant. Ergo fieri debent, loqui hic de eodem futuro, scilicet de fide Gentium, sub conditione predicationis Christi.

26. Probatur tertio conclusio ex alio libro quem Augustinus etiam edidit, post acceptas Epistolam Prosperi & Hilarii, & quem de bono perseverantiae inscripsit. Nam cap. 9. illius libri, exponens hunc locum Matth. 11. *Si in Tyro & Sidone facta fuissent virtutes &c.* quo communitur utuntur Adversarii, ad probandum scientiam mediam, dicit in eo predestinationis mysterium maxime a Domino commendari, & addit: *Si queratur a nobis, cur apud eos tanta miracula facta sint, qui ea non fuerant credituri, & apud eos facta non sunt, qui crediderunt si viderent, quid responderemus? Numquid dicitur: Sumus quod in libro alio dicit, ubi se quibusdam questionibus Paganorum, sine preiudicio ratiōis latentis consilii Dei, & aliarum causarum, quas prudentes possunt investigare, respondi. Et referens quomodo in illo libro respondeat illi questioni, cur Christus post tam longa tempora venerit: quia scilicet predestinatus, quod nec veritas, nec misericordia fidei credituri essent homines, si ante veniret, subdit: *Hic certe de Tyro & Sidone non possumus dicere, & in eis cognoscimus, ad eos causas predestinationis, hac divina iudicia pertinere, sine quarum causarum latentium preiudicio, tunc ista respondere me dixi.* Quibus verbis confirmat responsonem & doctrinam quam tradiderat cap. 9. libri de predestinatione Sanctorum, & iterum declarat, quod quando dixerat in libro de sex questionibus Paganorum, quod *tunc Christus voluit hominibus apparere, & apud eos predicari suam doctrinam, quando, & ubi sciebat, qui in eum fuerant credituri*, hoc intellexit sine preiudicio latentis consilii Dei, & sine exclusione divini decreti. Quare D. Thomas 3. parte quest. 1. art. 5. ad a. proponens eandem difficultatem, cur scilicet Christus prioribus seculis non venerit? & referens responsonem Augustini in libro de sex questionibus Paganorum, quod *tunc voluit Christus apparere, quando sciebat, & ubi sciebat, qui in eum fuerant credituri*: dicit Augustinum reprobasse hanc responsonem, cum in libro de bono perseverantiae cap. 9. ait *Tyros fuisset crediturus, si eis predicaret Christus, & tamen noluit eis predicare.**

27. Ex hoc erui potest argumentum efficax, ad demonstrandum D. Augustinum reprobasse scientiam mediam, non solum quantum ad modum illum erroneum, quo ponebatur a Semipelagianis, sed etiam quoad substantiam ipsam, & sicut nunc ponitur ab ejus defensoribus. Nam D. Augustinus, ut testatur D. Thomas fidelissimus ejus Discipulus, reprobavit cap. 9. libri de bono perseverantiae, quod dixerat in libro de sex quest. Paganorum, nimirum quod *Christus tunc voluit hominibus apparere, quando, & ubi sciebat, qui in eum fuerant credituri*. Quibus verbis scientiam hujus futuri conditionati, *si Christus apud homines predicaret, credens, a decreto independentem, admisisse videbatur, ut ipsi objiciebant Semipelagianis, sicut testatur Hilarius in Epistola ad Augustinum. Sed D. Augustinus c. 9. libri de bono perseverantiae, non reprobavit scientiam illam a decreto independentem, quantum ad absum, & modum illum erroneum quo ponebatur a Semipelagianis: Ergo reprobavit illam quantum ad substantiam ipsam, & sicut nunc ponitur ab ejus defensoribus. Major est D. Thomas loco citato, Minor vero probatur. D. Augustinus c. 9. libri de bono perseverantiae, solum reprobavit scientiam illam a decreto independentem, eo modo quo illam tradiderat in libro de sex questionibus Paganorum: Sed in hoc libro eam non exprimit, cum eo absum, & modo erroneo, quo ponebatur a Semipelagianis; ibi enim non dixerat, quod fides predestinata, & praescientia a Deo, esset principium & motivum nostrae justificationis; & quod ejus intuitu Deus daret primam gratiam, & vocationem; immo nec leviter illud ibidem insinuerat, sed ut ipse di-*

cit in libro de predestinatione Sanctorum cap. 9. solum ibi omiserat disputare, an illi qui predestinatur credituri, a seipsis, vel Deo donante, habituri essent fidem: id est, ut ipsemet exponit, *An Deus tantum eos predestinavit, vel etiam predestinaverit credituros?* Ergo cap. 9. libri de bono perseverantiae, reprobavit talem praescientiam a decreto independentem, ut testatur Divus Thomas loco citato, eam reprobavit quantum ad substantiam, & non solum quantum ad absum, & modum erroneum, quo ponebatur a Semipelagianis.

Quarto probatur conclusio, ex eodem libro de bono perseverantiae, in quo S. Augustinus respondens D. Prospero, & suam mentem, & doctrinam exponens, circa quaestiones, de qua sunt in sua Epistola interrogaverat; *An scilicet ea qua sunt a Deo praescientia, sine etiam ab eo predestinatio? ita ut praescientia sit subiectiva decreto, vel a contra deorum praescientia? tradit duas regulas generales, ex quibus aperitissime loquitur de futuro scientia media. Prima habetur cap. 17. ubi Augustinus loquens de bonis operibus, quae Semipelagianis fatebantur esse a gratia Dei adjuvante, aut cooperante, non tamen preparante & prooperante, ut supra vidimus ex D. Prosperi, sic loquitur, & discurre: *An forte nec ipsa dicuntur predestinata? Ergo nec dantur a Deo, nec ea se daturum esse praescit. Quod si & dantur, & ea se daturum esse praescit, profecto predestinavit.* Ex quibus verbis Augustini, duo possunt erui efficacissima argumenta contra scientiam mediam.*

Primum est: Quiddam Deus donat & causat, etiam praedestinat & predestinat; Sed Deus donat & causat liberum consensum, quo homo v. g. consentit primae vocationi ad fidem: Ergo illum praedestinat & predestinat, ac proinde non cognoscit ut futurum per scientiam mediam, antecedenter ad suam predestinationem & decretum. Minor est certa de fide. Major autem est D. Augustini loco citato, ubi loquens de bonis operibus a Deo praevivis, sic discurre: *An forte nec ipsa dicuntur predestinata? Ergo nec dantur a Deo. Quibus verbis clarissime docet, omnia quae sunt a Deo data, & causata, esse etiam ab illo predestinata, seu predestinata: unde, ut supra vidimus, cap. 9. de praedest. Sanctorum, pro eodem usurpat, & quasi terminos equivalentes accipit, habere aliquid a Deo donante, & illud habere a Deo predestinate.*

Secundum argumentum potest sic formari, ex Augustino, in quo datur a Deo, & quae se daturum esse praescit, profecto predestinavit: Ergo nulla datur praescientia, saltem respectu eorum quae sunt, & donantur a Deo, id est respectu bonorum, quae non fit fundata in decreto, & predestinatione voluntatis divinae. Consequenter patet: nam si illa daretur in Deo, non esset bona hac illato Augustini, *Si bona opera dantur a Deo, & se daturum esse praescit, profecto predestinavit.* Unde statim subdit, *Hic dicitur a Deo, nulla est praescientia quam deservimus, non praescititur a Deo. Id est, nisi in Deo sit decretum, quo bona opera quae ab ipso donantur, preparant, & predestinant, illa non praescituntur a Deo: cum nulla possit esse in illo praescientia bonorum operum, quae non fit mixta decreto, & fundata in predestinatione voluntatis divinae.*

Secunda regula generalis, quam tradidit idem Augustinus cap. 18. ejusdem libri de bono perseverantiae, est: Ubi in Scriptura, vel Sanctis Patribus invenitur nomen praescientiae, & agitur de vocatione electorum, nomine praescientiae debet intelligi praedestinatō, sicut enim ibidem loquitur: *Deum praedestinasse, est hoc praescitit quod fuerat ipse futurus. Quis ergo nos prohibet, quando apud aliquos verbi Dei tractatores, legitur Dei praescientiam, & agitur de vocatione electorum, eandem praedestinacionem intelligere.* Si autem daretur in Deo aliqua praescientia bonorum operum, independens a decreto, eoque anterior, falsa esset illa regula Augustini, ut constat: unde ipsi Adversarii docent, multa esse a Deo praescientia, quae non sunt praedestinata, & praescientiam in Deo latius patere quam predestinationem; & ad hoc probandum adducunt plura testimonia SS. Patrum, qui Augustinum praecesserunt, qui tamen ipsemet Augustinus exponit, & dicit illos nomine praescientiae intelligere predestinationem, sive praescientiam in decreto independentem, eoque anteriorem. Plura alia Augustini testimonia praetermittit, quae apud Salmanticensis, & Joannem & S. Thoma videri possunt.

§. 11.

Predestinatio alicuius evasione Adversariorum.

Duplici evasione conantur Recentiores eludere Augustini testimonia §. praecedenti exposita. In primis alii dicunt, quod quando Augustinus requirit ad praescientiam futurorum, praedestinacionem, seu decretum, loquitur de futuris absolutis, non autem de conditionatis. Secundo alii respondent, quod quando ille rejicit praescientiam futurorum a decreto independentem, eam solum reprobavit, quantum ad absum, & modum illum erroneum, quo

quo ponebatur a Semipelagianis: quatenus scilicet ex illa dicebant Deo exhiberi idonea motiva praedestinacionis & gratiae, non autem quantum ad ejus essentiam, seu substantiam.

Contra primam evasionem est primo, quod Augustinus locis relatis §. praecedenti, agit de illis futuris, de quibus a D. Prosperi & Hilario fuerat interrogatus, & de quibus mentionem fecerat in libro de sex questionibus Paganorum: Sed illa, ut ibidem ostendimus, sunt futura conditionata; erat enim ibi quaestio de isto futuro, *si Christus tali tempore, & loco, apud Gentiles predicasset, an illi credidissent, vel non?* Ergo quod D. Augustinus requirit ad illorum praescientiam praedestinacionem, seu decretum, docet praescientiam conditionatorum, esse in decreto & predestinatione fundatam.

Secundo, D. Augustinus non solum docet, ad praescientiam futurorum requiri predestinationem, seu decretum; sed etiam in ipsa predestinatione, sive decreto, Deum futura cognoscere, ut constat ex his verbis: *Praedestinacione sua quippe Deus ea praescitit, quae fuerant ipse futurus.* Sed hoc non potest verificari de futuris etiam absolutis, in sententia Adversariorum: licet enim quidam ex illis velint praescientiam absolutorum supponere decretum absolutum, negant tamen eam in illo fundari, & Deum in tali decreto futura absoluta cognoscere: sed in eorum veritate obiectiva, vel in causis secundis a Deo comprehensis, aut in aliis mediis supra diff. 4. a nobis impugnat: Ergo illi longissime ab Augustino distant.

Tertio, Dato & non concessio, quod ibidem Augustinus loqueretur tantum de futuris absolutis, & non de conditionatis: hoc ipso tamen quod docet, illorum praescientiam esse in praedestinacione seu decreto fundatam, omnino excludit scientiam mediam, & id ipsum de futuris conditionatis fatetur. Nam si futura absoluta, in decreto cognoscantur a Deo, necessario dicendum est, illud esse infallibiliter & abintrinseco cum illis connexum, ac proinde de se efficax, & causans determinationem voluntatis humanae; si enim esset pure indifferens, & expectans determinationem a libero arbitrio, non posset esse medium, conducent ad certam & infallibilem nostrorum actuum liberorum cognitionem; ut supra diff. 4. artic. 5. ostensum est, & ipsi Adversarii testantur. Dato autem decreto ad intrinseco efficax, nostras actiones liberas praevenerit, & causasse determinationem voluntatis humanae, penitus evanescit & de medio tollitur scientia media, quae (ut proficere ejus Defensores) coherere non potest, nisi cum decreto indifferente, & determinabili a voluntate creata, quantum ad speciem actus: Ergo &c.

Quarto, Si futura absoluta cognoscit Deus in sua praedestinacione, ut aperte Augustinus fatetur, est propter dependentiam quam habent ab illa: Sed ab eisdem causis in statu conditionato dependent futura conditionata, a quibus in statu absoluto dependent futura absoluta: Ergo sicut illa videt in suo decreto efficax, sic etiam haec in sua praedestinacione cognoscit.

Quinto, Sic comparatur promissio conditionata, ad conditionatum decretum, sicut absoluta, ad absolutum: Ergo si ex Augustino supra relatu, quiddam Deus absolute promittit, de sua praedestinacione absoluta promittit, & consequenter in illa cognoscit, etiam quiddam conditionate promittit, de sua praedestinacione conditionata promittit, & in ea illud cognoscit.

Denique, Non est cur dicitur in hoc immoremur, & amplius laboremus ad demonstrandum, Augustinum locis citatis loqui de futuris conditionatis, cum P. Anatus hoc tandem lateri coactus fuerit epilogi libri supra citati num. 13. ubi ait, Augustinum illis verbis: *Verum illos praescitit tantum, aut praedestinacionis credituros, intelligere praedestinacionem, non quae praedat, sed quae accedit ad praescientiam rei conciliatae futurae, evertens aut retractans quiddam supra ad argumenta Salmanticensium, & Joannis a S. Thom. disp. 4. sect. 2. §. 3. responderet, ut recte observavit P. Baronius, libro de libertate humana, & gratia divina.*

Secunda evasio Adversariorum consutata manet ex dictis §. praecedenti, ibi enim fuisse ostendimus, Augustinum reprobasse scientiam mediam, non solum quantum ad absum, & modum illum erroneum, quo ponebatur a Semipelagianis, sed etiam quantum ad substantiam: Tunc quia Augustinus locis citatis expresse rejicit omnem praescientiam a decreto independentem, & expresse docet quod Deus praedestinacione sua omnia bona opera nostra praescitit, & quod si ea praescitit, profecto & predestinavit. Tum etiam, quia, ut ibidem arguebamus, Augustinus reprobavit praescientiam futurorum conditionatorum a decreto independentem, eo modo quo illam tradiderat in libro de sex questionibus Paganorum, ut asserit D. Thom. 3. p. quest. 1. artic. 5. ad a. cujus verba supra retulimus: Sed Augustinus in libro illo de sex questionibus Paganorum, talem praescientiam tradiderat solum quantum ad substantiam, & non cum eo absum, & modo erroneo, quo ponebatur a Semipelagianis: ibi enim non dixerat quod ta-

lis praescientia exhiberet Deo congrua motiva ad gratiam, sed solum quod Christus tunc hominibus voluit apparere, quando & ubi sciebat; qui in eum fuerant credituri: Ergo ille reprobavit scientiam mediam, non solum quantum ad absum, & modum erroneum, quo ponebatur a Semipelagianis, sed etiam quantum ad ejus substantiam, & prout modo ponitur a Recentioribus.

Addo, quod idem S. Doctor praescientiam futurorum a decreto independentem, quam Pelagianis & Semipelagianis in Deo fingebant, ex duplici capite impugnat: primo quia propter bona vel mala opera sub conditione futura, nunquam tamen re ipsa ponenda, Deus neminem premiat aut punit; secundo, quia ante decretum, praedestinacionem, seu praedestinacionem divinae voluntatis, nihil est futurum; Ergo reprobavit scientiam mediam, non solum quantum ad absum, sed etiam quantum ad substantiam. Consequenter manifesta est, Antecedens etiam quoad primam partem patet ex libro de praedest. Sanctorum c. 12. ubi S. Augustinus commentum illud Semipelagianorum, ad praescientiam futurorum conditionatorum recurrentium, utea redderet rationem, cur Deus aliquos parvulos reprobet; non vero alios, satis demirari non potest: *Judicari autem aequum non est, non secundum meritum quae habent, quandoque facti in corpore, sed secundum meritum quae fuerant habiturus, si diutius fuissent in corpore, unde opinari potuerunt homines, quomodo impia non esse contemptibilia vestra iudicia liceret.* (Prosperi & Hilarii alioquitur, respondens ipsorum epistolis) *& mirans & suspens reperire non possum, nec credere auderem nisi vobis non credere non auderem.* Et libro de anima & ejus origine sic discurre: *Si peccata, & quae si homo videret committeretur esset, etiam non commissa, damnantur in merito, nullum beneficium callidum est illi, qui rapere est ne malitia mutaret intellectum ejus: quandoquidem judicabitur secundum eam quae in illo fuerat futura malitia, non secundum eam quae in illo inventa est immunitas, de nullo mortuo baptizatio (etiam parvulo) potest esse securitas, quia & post baptismum, non qualitercumque peccare, verum etiam apostatarum homines possunt.* Quis igitur ergo qui baptizatus hinc rapitur est, apostata erit facturus, si videret: nullum ne illi beneficium putabimus esse callidum, quod rapitur est ne malitia mutaret intellectum ejus, & propter Deum praescientiam, non sicut fidele membrum Christi, sed sicut apostatam judicandum esse censimus? Quanto enim melius si peccata nondum facta, nondum cognita, sed praescientia & futura puniuntur, praescituntur illi duo de paradiso ante peccatum: ne in loco sancto & benedicto peccarent?

Quoad secundam vero partem, nempe quod D. Augustinus impugnavit etiam sententiam hunc hereticorum ex alio capite, nempe ex eo quod ante divinum decretum, nihil habet ratione futuri, etiam sub conditione, probatur ex variis ejus testimoniis. In primis enim S. Doctor de praedest. Sanct. cap. 14. contra praedictos hereticos disputans, & explicans illud Sapient. 4. *Rapitur est ne malitia mutaret intellectum ejus, ait: Dicitur esse secundum pericula viae hujus, non secundum praescientiam Dei qui hoc praescitit quod futurum erit, non quod futurum non erit: id est quod ei mortem immaturam erit praesciturus, ut tentacionum subtraheret incerto, non quod peccatorum esset, qui mansurus in tentacione non esset.* Ubi duo in hoc testimonio involvuntur, nimirum quod immatura morte ille esset rapendus, ut tentacionum subtraheret periculis, & quod fidei diutius maneret in hac vita, in peccatum laberetur; & de primo asserit Deum habere praescientiam, quia postea decreto talis effectus revera futurus erit, non vero de secundo, quia cum de illo Deus nullum haberet decretum, non erit futurum. Unde concludit: *Hoc praescitit, quod futurum erit, non quod futurum non erit.* Deinde lib. 2. contra duas epist. Pelagian. cap. 7. adducens exemplum de duobus parvulis, quorum unus cum baptismo, & alter sine baptismo moritur, subdit: *Quomodo praescitit in futura, quae illi in infantia mortuaria, quae praescientia ejus falli non potest, praescitit patris non futurum.* Ubi praescientiam conditionatam ante efficax divinae voluntatis decretum, quam Semipelagianis admittentibus, non impugnat ex eo quod bonis vel malis operibus, per eam sub conditione praevivis, Deus puniat, vel premium largiatur, sed ex eo quod scientia divina falli non potest, & praescire aliquid futurum quod revera futurum non est ante decretum & praedestinacionem divinae voluntatis. Simili discursu utitur lib. 4. de anima cap. 10. dicens: *Ipsa excruciantur omnino praescientia, si quod praescitit non erit. Quomodo enim recte dicitur praescitit futurum, quod non est futurum?* Prosper etiam in Epist. ad Augustinum, eundem Massiliensium errorem confutans, sic ait: *Præterita quae non extant, futura quae non sunt futura contingunt, novaque apud illos abstrahuntur genere, & non agenda praescita sunt; & praescita non alia sunt.*

Ex his in favorem nostrae conclusionis haec ratio formari potest. Destructo objecto alicujus scientiae, destruitur & ipsa scientia, quantum ad substantiam: Sed D. Augustinus objectum scientiae mediae destruit; Ergo & talem scientiam quantum ad substantiam reprobatur. Major patet, Minor probatur. Objectum scientiae mediae est futurum conditionatum.

ditionatum, ut cognoscibile a Deo ante decretum; & prædeterminationem suæ voluntatis. Sed ex Augustino nullum datur futurum, etiam conditionatum, ante decretum & determinationem voluntatis divinæ: Ergo ex Augustino non datur objectum scientiæ mediæ. Major est evidens, Minor vero probata videtur ex dictis: Augustinus enim locis citatis expressè docet futura quæ Pelagiani fingebant, quæ conditionata erant, ut ex supra dictis patet revera non esse futura, quæ nimirum, illi volebant ea esse futura ante decretum & prædeterminationem divinæ voluntatis, quæ est prima radix futuritionis & contingentiæ rerum: existimabant enim opera nostra non fore libera, si decretum Dei efficaci illa præcederet, & si divina constitutio humanæ præveniret voluntates, ut refert S. Prosper, supra relatus, in Epistola ad Augustinum.

44. Confirmatur ex eodem S. Doctore Tractatu 68. in Joann. ubi explicans hæc verba Isaie 45. vers. 11. *Ita dicit Dominus Sanctus Israel, plures ejus: ventura interrogat me, legit secundam aliam translationem: Qui fecit quæ futura sunt: & subdit: Non enim ais qui futurus est quæ futura sunt, sed qui fecit quæ futura sunt: Ergo & scit ea, & facturus est ea: nam neque facta sunt, si ipse non fecit; neque futura sunt, si ipse non fecerit & scit ergo ea, prædeterminando & facturus est, operando.* Quibus verbis expressè docet Deum facere futura, ea prædeterminando, seu prædeterminando, subindeque divinæ voluntatis decretum & prædeterminationem, esse radicem totius futuritionis, atque adeo nihil posse concipi ut futurum, sive absolute, sive conditionate, in signo rationis illam antecedente. Unde in lib. de bono perferre, cap. 17. in fine, loquens de unitate fidei nostræ, & aliis operibus bonis ad salutem æternam conditibus, sic concludit: *si nulla est prædeterminatio quem defendimus, non præsumitur a Deo, & ibidem tepe repetit: si Deus bona opera prævidet, profecto prædeterminavit: quæ vero non prædeterminavit bona, non prævidet.* Et ibi. 26. contra Faustum cap. 4. reddens rationem cur necesse sit aliquid sit futurum, ait: *ideo nescio, quia quæ habent de hoc re Dei voluntas, me latet: illud me tamen non latet, sine dubio futurum, si hoc Dei voluntas habet.* Quibus verbis omne genus futurorum a divina voluntatis decreto pendere statuit. Quare immediate acta dixerat: *illud sane scimus, hoc de illis factum, quod Dei voluntas habet, quod autem Dei voluntas non habet, fieri de quocumque omnino non posse.* Ergo Sanctus Doctor aperte rejicit scientiam mediæ, quantum ad substantiam, & non solum abutium illius.

45. Confirmatur amplius: Augustinus tria passim docet quæ generant scientiam mediæ repugnant. Primum est, gratiam efficacem desumere vim suam ab omnipotentissima Dei voluntate. Secundo, res dici & esse futuras a priori, quod a Deo sciuntur. Tertium, Deum cognoscere creaturas in sua essentia, ut in causa. Quæ omnia negant Adversarii, quod videant, cum nullo illorum scorum, multo minus cum his tribus conjunctim, stare posse scientiam mediæ, quam a principis omnino contrariis desumunt. Ergo S. Doctor rejicit scientiam mediæ, quantum ad substantiam, & non solum quoad abutium, & modum illum erroneum, quo ponebatur a Semipelagianis. Consequenter manifesta est, Antecedens vero, quoad secundam & tertiam partem, disp. 2. art. 1. & disp. 3. art. 4. ostensam est, & quantum ad primum, fult Tractatu sequenti disput. 5. demonstrabitur, agendo de efficacia voluntatis divinæ.

§. III.

Quid de D. Thoma.

46. In omnibus semper Augustino adhaerit fidelissimus ejus discipulus D. Thomas, quare non potuit ei placere scientia mediæ, si Augustino displicuerit; nec ab illo approbati, si ab illo fuerit reprobat. Placet tamen hic breviter ostendere, quantum a doctrinæ D. Thomæ principis talis scientia abhorreat; & quam longe ab ea distent Defensores illius: non enim melius mens S. Doctoris inquiri potest, quam ex principis communibus, toti ejus doctrinæ connexis, cum nullibi hanc questionem expressè so pertractaverit. Unde

Dico secundo: scientiam mediæ pluribus principis doctrinæ D. Thomæ afferuntur repugnare.

Probatur conclusio multipliciter, exponendo scilicet plura principia doctrinæ D. Thomæ, quæ manifeste repugnant scientiæ mediæ, & ex quibus evidenti illatione sequitur ejus destructio.

47. In primis evidens est, scientiam mediæ non posse stare, destructo ejus objecto: Sed D. Thomas destruit objectum scientiæ mediæ: Ergo & ipsam scientiam. Minor probatur: Objectum scientiæ mediæ, est veritas objectiva propositionum contradictantium de futuro contingenti ante decretum, ut docent ejus assertores: Sed hanc veritatem objectivam excludit S. Doctor variis in locis supra disp. 4. art. 3. §. 2. relatis, quibus docet contradictoriis de futuro contingenti nullam inesse determinatam veritatem, non solum quoad nos, sed etiam quoad se: nam lect. 13. super

cap. 8. libri Periherm. negat hujusmodi contradictoriis veritatem, quia futurum contingens non habet esse determinatum in suis causis liberis. Et in 1. sent. dist. 38. q. 1. art. 5. ad 2. ait: *Futurum contingens non est determinatum verum antequam fiat, quia non habet causas determinatas.*

Confirmatur Idem S. Doctor 1. p. q. 16. art. 7. ad 3. hæc scribit: *illud quod nunc est, ex eo futurum fuit antequam esset, quia in causa sua erat ut fieret; unde sublatâ causa non esset futurum illud fieri: sola autem prima causa est æterna; unde ex hoc non sequitur, quod ea quæ sunt, semper fuerit verum esse futura, nisi quatenus in causa sempiterna fuit, ut essent futura; quæ quidem causa solus est Deus.* Ubi clarissime docet quod nisi in prima causa futura præhabeanur, non possunt esse futura, nec potest esse verum quod illa futura erunt, nisi in tali prima causa præcontineantur. Constat autem quod futura quæ dicuntur certo a Deo cognosci per scientiam mediæ, non præhabentur in prima causa ut futura, cum de ipsis prima causa nihil dispossuerit, sed seiverit tantum quid fecunda causa factura sit, si in his ut illis circumstantiis ponatur: Ergo sublatâ hæc dispositio primæ causæ, non est futurum hæc conditionata fieri. Quod si non est futurum illa fieri, nec est futurum illa certo a Deo cognosci ut futura. Et sic prædico D. Thomæ testimonio dissolvitur adstructur tota hæc machina scientiæ mediæ.

Secunde, Unam exprincipis quod D. Thomas frequenter usurpat, est Deum non cognoscere res immediate in seipsis, sed solum in seipsis, & in sua essentia tanquam in causa, & medio prius cognito. Ita expressè docet hic art. 5. in corpore, quod his verbis concludit: *si scitur dicendum est, quod Deus seipsum videt in seipso, alia autem a se videt, non ipse, sed in seipso.* Idem repetit in responsione ad primum. Item 1. contra Gentes, cap. 49. probat ex Dionysio, Deum omnia cognoscere in sua essentia tanquam in causa. Et cap. 65. ratione 5. Cognovit (inquit) *Dei est de rebus omnibus per causas: se enim cognoscens quælibet omnium causa, alia quasi suis effectibus cognoscit.* Quod cap. 67. extendit ad futura contingencia, & cap. 68. ad actus liberos nostræ voluntatis, ut ibidem videtur potest. Ex hoc autem principio sequitur manifesta destructio scientiæ mediæ, cum enim essentia divina non sit causa rerum ad extra, nisi ut habet adjunctam voluntatem, & nisi ut determinat per decretum; eo quod Deus non sit agens ad extra per modum naturæ, sed per modum liberi: si in illa tanquam in causa, & medio prius cognito, futura contingencia & libera cognoscit, evidens est illa non posse cognoscere antecederent ad decretum, per scientiam mediæ.

Tertium principium doctrinæ D. Thomæ est, rem esse futuram, esse denominationem extrinsecam, sumptam a preparatione, ordinatione, & determinatione causarum ad illius productionem. Ita docet quest. 2. de verit. artic. 12. in corp. & ad 7. & in 1. dist. 38. quest. 1. art. 5. ad 3. Ex quo etiam principio solvitur omnis scientia mediæ, cum ex illo evidenter sequatur, nullum contingens esse determinate futurum, absolute, vel conditionate, independenter a decreto, & ordinatione, vel determinatione causæ primæ, ut constat ex infra dicendis, demonstrando impossibilitatem hujus scientiæ.

Quarto, D. Thom. docet scientiam Dei esse priorem rebus, nec ab illis mensurari, quantum ad veritatem, & certitudinem, sed potius esse illarum regulam, & mensuram: ut videtur potest in hac quest. art. 8. ad 3. ubi ait: *Sicut scilicet naturalis sunt priora scientiæ nostræ, & mensura ejus; ita scientia Dei est prior, quam res naturales, & mensura ipsarum.* Et 2. q. 93. art. 1. ad 3. Ratio intellectus divini aliter se habet ad res, quam ratio humani intellectus. Intellectus enim humanus est mensuratus a rebus; ut scilicet conceptus hominis non sit verus proprius scilicet, sed dicitur verus: ex hoc quod consonat rebus. Intellectus vero divinus est mensura rerum, quia unaquaque res in tantum habet de veritate, in quantum imitatur intellectum divinum. Sed cum hoc principio non posse stare scientiam mediæ, evidens est, quia talis scientia non est regula, & mensura certitudinis, & veritatis quæ est in rebus futuris: sed potius earum futuritionem, ac veritatem objectivam supponit, eamque tantum speculatur, & explorat: Ergo scientia mediæ principis doctrinæ D. Thomæ repugnat.

Quinto, Constat ex pluribus testimoniis disp. 4. artic. 6. §. 2. adductis, D. Thomam docere præscientiam futurorum, saltem absolutorum, esse in decreto fundatam, & ab eo dependentem. Id etiam aperte colligitur ex 1. sent. dist. 39. quest. 1. art. 1. ad 5. ubi dicit: *Licet esse & scire Dei sint idem secundum rem, tamen scire sequitur voluntatem, ut imperatur ab ipsa.* Et art. 2. ad 1. ait: *Ipsam scire in Deo esse subjectum libertatis voluntatis.* Hinc vero præcludi viam ad scientiam mediæ, §. præcedenti ostendimus; nam si præscientia futurorum natiur decreto, illud debet esse infallibile, & ab intrinseco cum illis connexum, ac proinde de se efficax, & efficiens liberam determinationem voluntatis, subindeque excludens scientiam mediæ, quæ supponit decretum indifferens, & a voluntate humana, quoad speciem actus, determinabile.

Sexto,

§. I.

Argumentum primum a cognitione creaturarum in essentia divina ut in causa.

Hoc argumentum quod per totam disputationem secunda profectus sumus, potest sic breviter proponi. Creaturae possibiles non aliter cognoscuntur a Deo, quam in essentia, seu omnipotentia divina, tanquam in causa: Ergo non est alia futurorum cognitio in Deo, nisi in decreto, seu quod idem est in omnipotentia Dei determinata per decretum, subindeque vacat scientia mediæ, quæ prævenit decreta Dei tam absoluta quam conditionata. Antecedens disput. 2. artic. 1. variis rationibus, & SS. PP. testimoniis demonstravimus, præsertim ex D. Dionysio cap. 7. de divinis nominibus, dicente, *Deus non secundum rationem singulis se immittit, sed secundum causam contingentiam scit omnia.* Et infra: *Divina sapientia seipsum cognoscit, sicut omnia; & suo causa complexa, rerum omnium scientiam habet.* Adduximus etiam illud Augustini 11. de Civit. cap. 7. *Cognitio creaturae in seipso, declaratur est, quam cum in Dei sapientia, velut in arte per quam facta est cognoscitur, & istud D. Thomæ 1. part. quest. 12. artic. 8. videtur omnia in Deo sciri effectus in sua causa.* Consequenter vero probatur: Tum quia sicut habet essentia nuda & omnipotentia ad creaturas possibiles; ita ad futura eadem essentia determinata, & omnipotentia applicata per decretum; Tum etiam, quia sicut ab essentia, ut participabili & immutabili per modum ideæ, creaturae habent suam non repugnantiam, ut sint entia participatio essentia, & ab omnipotentia sunt producibiles, ut a causa efficiente, quæ potest quicquid non repugnat; ita voluntas determinata per decretum positivum aut permisivum, est causa transitiva a possibili ad futurum; Tum denique, quia fundamentum & radix cur possibilis cognosci debeat in essentia ut in causa, nec aliud medium suppetat extra Deum, est perfectio absoluta, & summa Dei independentia, quæ non patitur illum sui cognitionis & volitionis specificationem haurire aliunde, quam a propria essentia; neque habere aliud objectum formale & immediatum cognitionis possibilem, quam essentiam nude sumptam; & futurorum, quam eandem essentiam, ut per decretum determinatam, sicut objectum specificationem volitionis Dei libere, est sola bonitas increata; creatura vero, ad objectum dumtaxat materiale & secundarium pertinet.

Neque potest hæc ratio eludi evasione Vasquezii, negantis Deum ullam creaturam cognoscere ex sua omnipotentia comprehensione, quia effectus (inquit) non cognoscitur in causa, nisi hæc referatur relatione transcendentali ad illum, qualis repugnat causæ increate, quæ ab omni respectu ad creaturas absoluta est. Quasi vero causa vim habeat decendi in cognitionem effectus ratione hujusmodi relationis, & non potius ratione continentia & connexionis necessariæ, ac dependentie effectus ab ipsa; quæ tria eo perfectius adsunt Deo, & cuique causæ, quo est prior, magis independents a suo effectu.

Adde, quod si causa quælibet non esset idonea ad inducendam effectus cognitionem, nisi ratione relationis, quæ Deo deest, etiam dici posset, ineptam esse ad effectum producendum: cur enim hujusmodi relationi allegatur vis potius manifestandi, quam producendi effectum? Ergo sicut omnipotentia Dei, absque relatione transcendentali ad creaturas est potens & efficax ad productionem illarum, ita absque eodem respectu, potest habere rationem mediæ ad illas cognoscendas, ut supra disp. 2. art. 1. ostensum est.

Futile etiam ac ridiculum est quod ait idem Auctor, 61. nimirum, nec Deum, nec beatos posse videre futurum in decreto, quia per respectum rationis ad creaturas constituitur, & est merum ens rationis: *Quid enim absurdum, quid impium & Atheis acceptum esse potest (inquit P. Baro-nius lib. de libert. humana & gratia divina) quam Dei voluntatem, quæ omnia constituit & movet clamant Scriptura, modo ante rationis consistere: Tantum est apud illos Auctores convellere cognitionem rerum in essentia ut in causa, & decreto, ut scientia mediæ his eversis fundamentis astruatur. Si ita licet arguere, actum est de fide, & de vera Scriptura, quæ vim providentiæ, & rerum universarum dicit pendere a liberis decretis: quæ ne quidquam conferans cognitioni divinæ de futuris, placet Vasquez in mera entia rationis resolvere.*

Ex his manifeste patet impossibilitas scientiæ mediæ: 62. Omnes enim ejus defensores assignant ei pro objecto primario aliquid creatum, scilicet actus nostros liberos conditionate futuros: Sed impossibile est scientiam Dei habere pro objecto primario & specificativo aliquid creatum, cum objectum primarium tantum motivum quam determinativum divinæ intellectio-nis sit sola divina essentia, ut in Tractatu de attributis fult ostendimus disp. 2. art. 5. Ergo scientia mediæ in Deo impossibilis est.

N a §. II.

53. Sexto, Quæsietsumque D. Thomas explicat concordiam nostre libertatis cum divinis decretis, recurrit ad infinitam efficaciam divinæ voluntatis, attingentis non solum substantiam, sed etiam modum libertatis in nostris operationibus, ut constat ex 1. part. qu. 19. art. 8. ex primo contra Gentes cap. 55. & ex aliis locis supra a nobis citatis: Ergo non admittit scientiam mediæ. Consequenter patet, si enim illam agnosceret, non deberet recurrere ad infinitam illam efficaciam voluntatis, sed potius ad præscientiam futuri consensum, & ad scientiam illam exploratricem, quæ Deus scrutatur ac explorat quid homo ex innata libertate voluntatis sit, & ad quid determinabit concurrere indifferenter quem illi offert, sicut ejus defensores docent.

54. Septimo, S. Thomas 1. p. quest. 19. art. 8. & pluribus aliis in locis, expressè docet quod efficacia divinæ voluntatis est prima causa, præimque radix omnium contingentiarum: Ergo sentit quod eadem efficacia est prima radix libertatis, eadem enim proffus est ratio de contingentia & libertate quantum ad hoc: Docet ergo aperte S. Thomas quod actum divinæ voluntatis efficacem, nulla est contingentia vel libertas in rebus: Ergo docet quod per nullam scientiam possit cognosci contingentia seu libertas in rebus abque efficacia divinæ voluntatis, subindeque excludit scientiam mediæ, quæ hoc conatur suadere, quod videlicet abque efficacia divinæ voluntatis certo cognoscatur bonus usus futuræ liberi arbitrii, si illud in tali vel tali ordine collocaretur.

55. Octavo, D. Thom. 1. p. quest. 14. art. 8. ad 1. & q. 2. de verit. artic. 14. ad 1. docet non ideo res sciri a Deo, quia futura sunt, sed ideo futuras esse, quia sciuntur a Deo, per scientiam scilicet præfictam, & applicatam a decreto, ut disp. 3. art. 4. ostendimus: unde explicat dictum Origenis dicens, *quæ futurum esse aliquid, ideo dicitur a Deo; & dicit hoc non esse intelligendum secundum causam essendi, sed tantum secundum causam inferendi; id est in sensu tantum illativo, & non causali: At hoc principium repugnat etiam scientiæ mediæ, ejusque assertoribus, qui docent ideo res futuras sciri a Deo, quia futurae sunt; & negant ideo illas esse futuras, quia sciuntur a Deo: Ergo idem quod prius.*

56. Nono, Molina & alii defensores scientiæ mediæ, docent prædeterminationem esse tantum certam certitudine præscientiæ, non vero certitudinem causalitatis mediourum: Sed hoc reprobat a D. Thom. quest. 6. de verit. art. 3. ubi dicit, *esse contra Scripturam & dicta Sanctorum.* Et quodlibet. 13. art. 3. inquit, *prædeterminationem habere certitudinem ex parte scientiæ Dei, quæ non potest falli, ex parte voluntatis divinæ, cui non potest aliquid resistere, & ex parte providentiæ, quæ certissimo modo ducit ad finem.* Item quest. 6. de verit. artic. 3. ait, *prædeterminationem addere præscientiæ habitudinem causæ.* Ergo scientia mediæ repugnat principis doctrinæ D. Thomæ.

Denique disputatione præcedenti ostendimus, decreta absoluta ex parte subjecti, & conditionata ex parte objecti, in Deo admittenda esse juxta S. Doctoris principia, præsertim juxta principium illud, quod in ejus doctrina certissimum & communissimum est, Deum omnia in seipso ut in causa cognoscere: Sed cum decretis illis conditionatis scientia mediæ coherere nequit, ut de se patet, ejusque defensores fatentur: Ergo illa de medio tollenda est, si stare velimus præcipuis & communissimis doctrinæ D. Thomæ principis. Unde Salamanticensis refertur Curialem, Doctorem Salamanticensem celeberrimum, cum primum scientiam mediæ docuisset, eam postmodum retrastasse; cum enim totum septennium uni Summæ D. Thomæ cum Cajetani Commentariis legenda (ejus amore, ut Jacob Rachelis potius studio, flagrabat) impendisset, nulla hujus scientiæ femina aut vestigia in eo reperire potuit, cum maxime vellet; sed potius illam, Angelicæ doctrinæ principis aperitissimè repugnare, comperit. Vir est toto orbe celeberrimus, & supra omnem laudem, nullique partium addictus, immo & in scientiam mediæ aliquando pronior, cui subindeque major fides habenda, quam ulli nostrum, aut e Societate. Ex quo intelliges, gratis & inconsiderate a Patre Anato dictum: *Thomisticæ apud Thomam scientiam mediæ cognovisse, sed in modum illius, qui cum brevissimum suum perdidisset, ita quærobat nisi invenirentur timere.*

ARTICULUS V.

Variis argumentis, ex principis supra statutis desumptis, expungitur scientia mediæ.

Hæc argumenta fult, & lato calamo, disputationibus præcedentibus expendimus; nunc ea hic in unum colligemus, & breviter ac dilucide exponemus.